

horlewan predicator eximius. et doctus vir in Theologia Et in Jure Canonico prout hic relucet ex dictis suis facit questionem dicens: Queritur an layca persona possit singulis septimanis suscipere corpus cristi dimissis argumentis contra: Respondetur adfirmando, et quidem mere adlatis Determinationibus aliorum Doctorum, quorum Recentiores adscribo: Magister Franciscus Canonicus in ecclesia S. Crucis et rector Parochialis ecclesie in wratislavia. Magister Nicolaus wendlat decanus ecclesie S. Crucis in wratislavia vir illustris et deuotus. Magister Matheus de Cracouia doctor in Theologia Universitatis Pragensis. Magister Adalbertus Ranconis (al. Rauconis de Ericino five Iglavia) magister in artibus et doctor in Theologia Parisiensis. Frater David (de Augusta) de ordine minorum professor sacre scripture. Venerabilis vir Abbas fratrum Conuentus de Aula regia qui fuit mire deuotionis ita ut cum esset abbas resignauit ob deuotionem ante mortem. Citatur hujus Malogranatum, cuius Autorem Balbinus Matthaeum, Editores vero Balbini Bob. Doct. P. II. p. 161. Gallum vocant, eo, quod in Serie Abbatum Matthaeum nullum repererint, cuius caussa fortassis est mox memorata ejus Resignatio. Venerabilis vir et illustris predicator Militius. Hujus Postilla titulo Gratie Dei citatur, quam Balbinus praeteriit. Venerabilis vir amandus. Cognomen id est Henr. Susonis O. P. cuius testi-

monium ex *Horologio Sapientiae* adfertur. Reliquae *Determinationes* Patrum sunt, et antiquiorum Scriptorum, in Argumento Seculo, ut notum, elapso magno animorum aestu rursus agitato. De *Matbia Paris.* dixi ad Cod. CCXVI.

Ambit *Codicem* Membrana Fragmentum *Libri Numeror.* continens, hebraice Seculo, ut videtur, XIV. eleganter exaratum cum punctis vocalibus.

CCLXXXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. ⁷³ / *man. VI. B*
XV. Folior. 236. f. per quas columnas exaratus complectitur varia *Opuscula*, *Literas*, *Sermones* et *Preces Petri Damiani* ex Benedictino S. Crucis Avellanae Monacho Cardinalis Episcopi Ostiensis, Sec. XI. Scriptoris, quae paene omnia in *Editione Paris.* 1664. f. IV. Tomis constante leguntur. Juvat tamen quaedam minutius persequi. Fol. XII. p. 2. Libellus inscribitur: *Inuectio contra Symoniacos de pena Infernali*, et incipit: *Queror aduersum vos symoniaci.* Libellus hic in praedieta *Edit.* T. III. p. 59. connectitur cum *Opusculo* inscripto *Gratissimus a Cap.* XXXVII. usque ad finem.

Fol. XXVI. p. 2. *Liber qui vocatur dominus vobiscum* in *Edit.* T. III. p. 96. XVII. Capitibus longior est, deficientibus in *Cod.* Capp. II. — XVIII.

Fol. XXXVIII. p. 2. *Opusculum* inscriptum: *De ordine vite heremitice*

heremitice et quod omnia a dei voluntate dependeant, in *Edit. T. III. p. 140.* audit: *De ordine Eremitarum, et facultatibus Eremiti Fontis Auellani.*

Fol. XLVI. sub titulo: *Disputatio contra Iudeos per modum dialogi seu antilogus*, connectuntur duo Opuscula, quae in *Edit. T. III. p. 10.* sub titulis *Antilogus contra Iudaeos*, et *Dialogus inter Iudaeum requirentem et Christianum e contrario respondentem*, Opusculum II et III. constituunt.

Fol. LIV. *Invectio in episcopum monachos ad seculum reuocantem* in *Edit. T. III. p. 157.* VI. Capitibus prolixior est.

Fol. LX. Autoris *Sorores Robellinda et Sufficiencia* adpellantur, quibus in *Edit. T. I. p. 133.* *Rodelindae* et *Sufficiae* nomen est.

Fol. LXV. Epistola *Judici R.* inscripta in *Edit. T. I. p. 128.* inscribitur *Judici Bonobomini.*

Fol. LXVII. Epistola ad *G. Heremitam* in *Edit. T. I. p. 96.* nomen *Guilielmi* exprimit.

Fol. LXXI. p. 2. Epistola ad *Papam N.* in *Edit. T. I. p. 4.* *Nicolai II.* nomen declarat.

Fol. LXXV. p. 2. Epistola data *d. fratri carissimo* in *Edit. T. I. p. 64.* pariter data est *Damiano fratri charissimo*, Archipresbytero Rauennati.

Fol. LXXXVI. p. 2. legimus: *Repetit ab episcopo Monachum, Exemplum de perdice. Dompno P. venerabili Abbati &c.* in *Edit. T. I. p. 91.* solum habetur Epistola ad *P. Ab-*

batem Coenobii Classensis S. Apollinaris.

Fol. C. Opusculum *Alexandro pape de vita Rudolphi et aliorum sanctorum monachorum*, ad calcem habet *Excusationem longioris opusculi*, quae huc non pertinet, sed est epilogus Opusculi *de Parentelae Gradibus*, quod habes *Edit. T. III. p. 77.*

Fol. CV. Epistola *de Dimittendo episcopatu pape nicolao* missa est initium Opusculi *de Adicatione Episcopatus* *Edit. T. III. p. 184.* fitens in his C. I. verbis: *sive rationalis quaelibet causa deponat.*

Fol. CXVI. *Quedam solutio questionum nobis Alberto* inscribitur; *Edit. vero T. III. p. 280.* *Alberico.*

Fol. CXXII. qui nobis *ecclesie Saxenatis antistes* est, *Edit. T. I. p. 57.* est *Sarsinatis.*

Fol. CLVI. p. 2. sub epigraphe: *Scriptor omnes simul fratres alloquitur*, habemus fragmentum Opusculi *de diuina Omnipotentia a Cap. 16. ad 17.* quod integrum extat *Edit. T. III. p. 268.*

Fol. CLXVI. p. 2. Epistola datur *baroncio fratri karissimo*, cuius nomen *Edit. T. I. p. 93.* tantum litera initiali exprimitur. Verum haec epistola integra nobis non est, deficitque in verbis: *que viderat retulit.*

Fol. CLXX. p. 2. scribitur *Petro cerebroso monacho.* Epistola haec occurrit *Edit. T. I. p. 99.* sed sub finem legitur in margine: *Cetera desiderantur in MSS.* Non vero in nostro, qui

1073

P A T R I S T I C I

1074

75. versibus ultra procurrit, quorum principium est: *Duo fratres de Polensis urbis regione*. Finis: *in dilectione permanes proximi*.

Fol. CLXXIV. p. 2. conspirat noster cum editis, qui *Epistolam ad Clerum et Populum Mediolanensem* Alexandro II. tribuunt, cui apud *Labbeum* T. IX. Conc. col. 1115. perperam *Nicolai* nomen praefixum est.

Fol. CLXXXIV. p. 2. *Epistola. P. Damiani de incontinentia Clericorum* est in *Edit.* T. III. p. 173. *Dissertatio II. contra Clericos intemperantes*, sed nobis mutila; nam post illa verba C. IV. *ne afferatis ultra*, adfuta est portio C. IV. *Dissertationis III.* a verbis: *Tu inquit nosti* &c. usque ad finem: *scribendo precipiat*.

Fol. CXCVII. Opusculum: *Quantam salutem conferat elemosina*, nobis inscriptum *Dompno Aladrado Bremensi*, *Edit.* T. III. p. 85. inscribitur: *Mainardo Episcopo Vrbinati*.

Fol. CCI. p. 2. Opusculum inscriptum: *Quos deus corrigit hos erudit* &c. vitio Librarii aut Compactoris interjecta habet tria folia videlicet 204. 205. et 206. quorum primum pertinet ad *Sermonem I. de S. Matthaeo Apostolo*, qui f. 206. p. 2. incipit et dein f. 208. usque ad finem continuatur; secundum pertinet ad Opusculum in *Edit.* T. III. p. 377. inscriptum *De Principis officio in coercitione improborum* &c. incipitque ab iis C. I. verbis: *Eneruato quippe rigore* &c. In *Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.*

tertii p. 2. hoc Opusculum verbis: *iustitiae reuertaris autorem*, absoluitur. Initium vero illius f. demum 207. p. 2. comparet.

Fol. CCX. *Sermo sancti Bartholomei*, qui nobis unus est, *Edit.* T. II. a pag. 93. in duos dividitur.

Fol. CCXXV. *Sermo nobis κεφαλος* *Edit.* T. II. p. 129. inscribitur *de S. Fidele Martyre*.

Ex *Orationibus* denique in IV. *Editionis* saepe citatae *Tomum* cooptatis Codex noster exhibet: tres ad *Patrem, Filium* et *S. Spiritum*, tres item *de Cruce, Mediator dei et hominum* &c. *Si pietatem tuam* &c. *Dum crucem dilectissimi* &c. Atque haec in eorum gratiam, qui de nova olim *Petri Damiani* Scriptoris ad res temporum suorum peropportuni post *Venetam* 1743. editione cogitaturi sunt.

CCLXXXIX. VI. F. 6.

Codex membraneus lat. Sec. 392. XV. Folior. nunc 46. 4. per duas columnas scriptus rubricisque pernotatus, et olim *monasterii sancti maximini*, quod O. S. B. ad *Treviros* putem, complectitur quaedam D. *Bernardi* Opuscula, prout ordine hic percurruntur: I. *Incipit apologia beati bernardi abbatis ad Wer. abbatem*. Initium: *Uenerabili patri N. frater bernardus fratrum qui in clara ualle sunt inutilis seruus salutem in domino*. *Vsque modo si qua me scriptitare iussistis* &c. Extat *Opp.* ex edit. *Mabillon. Paris.*

Y y y

rif.